**D**ividuum vero legem proposuimus in pecuniaris causis nolentes testificari, illos non compellendo, testimoniūm dare, qui ante mediatores facti sunt ipsi, & quidam abutuuntur hoc, & testimoniūm nolunt vii. sanctius si vir: pars qui consentiat quod & mediator eorum fiat testator, (compellantur enim ea que ab eo dicuntur) compellere eum etiam nolentem testimoniūm pertibere: prohibitione propter quam eum nolentem testificari penitus nostra volunt lex, pro ter conferendum viri que pars, sublata.

*Ut testimoniūm proditio non nisi presente fuit adversaria.*

CAP. V.

**E**t hoc vero quia multoties actuū scimus, quod quidam aut apud locorum defensiones, aut apud

clarissimos prouinciarum praesides, aut fortis (ut apud) hic apud virum clarissimum magistrum confessores aliquid contra leges, aut aliter, lassitudine damnificati, testes volentes producere, vi non in posterum opponatur eis, quae ab una parte gesta sunt: quoniam expediter antequam ad eum veniret matrimonium, prioris virorum dote: non esse illum, suam quidem tantum inuenient est reliquiae vir: a quantum sufficiet, solum secunda, dote: tam perdere: sed filii hypothecas proponebant, quoniam omnino rebus existentibus morienti hypothecae seniores potiores quam secunda essent.

*CAP. VI.*

**D**icitur igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua eminentia operi effectuque tradere felinet. Dat. Kal. Octob. Imp. DN. Justin. PP. A. an. XIII. Apione. V. C. Cosule.

*CAP. VII.*

**N**OVELLA CONSTIT. XC V.

*Imp. Iustinianus August. Ioann. gloriosiss. Orientalium praetorianis prefcto, iterum exconsul ordinario & patricio.*

*Vt des prima viroris præseratur dote secunda viroris, sive ipsa sive liberi eius agatur.*

*CAP. VIII.*

**P**RÆFATI.

*Imp. Iustinianus August. Ioann. gloriosiss. per Orientem præf. iterum exconsul ordinario & patricio.*

**EPILOGVS.**  
¶ Quo igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua eminentia opera effectuque tradere felinet. Dat. Kal. Octob. Imp. DN. Justin. PP. A. an. XIII. Apione. V. C. Cosule.

**DE IMMENSIS DONATIONIBUS IN FILIOS SICIS.**

**TIT. III.**

**NOVELLA CONSTIT. XCII.**

*Imp. Iustinianus August. Ioann. gloriosiss. per Orientem præf. iterum exconsul ordinario & patricio.*

*CAP. I.*

**D**ividum de Falcidia & illius parte decrupsit. Daugentes nam non ignobilis incremento, quod enim minoris in aequali aut aliquos filiorum fecerit, necessarium habeat in distributione hereditatis tantum uniuersi filiorum seruare ex lege partem, quanta fuit priusquam donationem pater in filium aut filios quos ea honorauit, saceret. Sic enim nihil veterius in donationibus querentur, qui habent quidem in omni substantia patris, quod legitimum est in tamquam aucta quantitate, quantum habent substantia patris antequam donationibus exhaustur: non valentibus filiis qui donataqibus honorari sunt, dicere conuentos se quidem esse immensis his donationibus, videri autem abstinere paterna hereditate. Sed neque cogendis quidem si contenti sunt donationibus, sive scilicet hereditate, non necessitatem autem habentibus omnibus modis complete fratibus quinq; haec defert. Secundum quam scriptum mensuram, si vi non minus habent illi quam quod ex legibus eis debetur, propriæ fidam in donationibus immensitatem dū licet pari mēdiocriter sapienti circa omnem, problem, etiam illis qui ab eo petius diliguntur, donare aliquid amplius, & non carceres filios per immensitatem in illos factam, lēdere, & nostram transcedere intencionem. Et hie quidem nostra ab initio cogitatio fuit. Differentes autem illud dūdum, & hunc quanum experiri animarum, quoniam videbamus eos ita huiusmodi passionibus labefactari, atque descendere, proprie nunc augmentum illi legi, hoc facimus. ¶ Hęc itaque dicimus de filiis gratis existentibus eis, nō de ingratis, & quibus pater ius habet & legitimam ingratitudinem inserit, nam si hoc ita se habere apparuerit, & approbetur ingratitudinis causa, sint ea quia in lege de ingratitudine sunt, ratamq; haec nostra legiſtatione minuenda.

*CAP. II.*

**I**llud quoque adiicere legi bonum est, quod molles quidem necessarium nobis ad legislationem fecit. Si enim debet dote mulier, & illa quidem dare voluerit ipsa forsan, & aut qui pro ea promis illam, quicunque fuerit aut proximum, aut extraneum: præfectoria, aut aduentitia sit: dicitur: (hęc enim verba legis sunt) vir autem, aut eius pater forsan aut annus fulciper eam nolit: pars autem mulieris contelleter, & parate, si hoc solueret, aut etiam aliquid maior peragere, & offereat forsan, & si mobilis sit, signacula etiam imponeat, & secundum leges recondatur secundum unam partem ingrediens in iudicium per hoc fieri: & pergentes ex iudicio quidam dehinc huc ad partem viris illi permaneat, ita differens non poterit soluto matrimonio antenuptialis donationis exactiōne declinare tamquam dote non data. Qui enim dare voluit: dum perceptionem recusat, si qui sufficiat postulatur, proximus est datus, & hoc cum aliis in dote valeat. Sicut enim nisi derit, per dilationem dote, negationem ei antenuptialis donationis intermisita vel si voluerit dare, & percepturus ex studio recusat, percepit, nem, datus ei antenuptialis donationis matrimonio soluto petitionem: lēce, dote, propter viri capsum non iutulerit.

*CAP. III.*

*DE APPELLATIONIBVS.*

**TIT. V.**

**NOVELLA CONSTIT. XCIII.**

**Vt si mota apud appellationis iudicem causa litigatores ad arbitrios deveniant, interaque temporis biennium decurrat, & contingat denuo causam ad appellationis redire iudicem, ne benioij decurris obliticiatur.**

*Imp. Iustin. August. Ioann. gloriosiss. per Orientem præf. iterum exconsul ordinario & patricio.*

*CAP. I.*

**S**ubiectorum nostrorum interpellationes, legum subditorum conscribendatur. Additionem namque nobis quidam patronus fecit, quia lege volente appellantem, & per biennium tacentem, aut certe exercitentem quidem, non tam per exercitentem, appellatum ad eum, & confirmata sententiam non posse vterius procedere, sed ratam fieri virique sententiam. Helychium autem & aduersarium eius exercevit quidem item apud pedaneum indicem: addicatum autem cundem Helychium appellasse: & causam contigit recurrere ad tam cognitionem: & dum lis in iudicio tuz celsitudinis exercetur, recessisse quidem a certaminibus apud te gestis, arbitros autem elegisse communes ex conscripto, & apud illos concursisse, & quedam exercevit: potest vero neglexisse quidem electos arbitros, non autem perfectos apud eos moram item, sed transacto biennio vii aduersarios eius, quia non possit a condemnato exerceri in two iudicio talis his, sed oportet eam confirmari semel biennio transacto: illum vero propterea non perfectum apud tuam gloriam, eo quod item apud electos diceret arbitros.

C A P . I.

**A**ncimus igitur memoratum quidem negotium sex quo hac nobis sunt nuncata, nihil sedi ex cursu temporis neque racam esse iudicis sententiam appellatio data sed exerceri apud tuam gloriam, & terminum legitimum suscipere: etiam si decies millies plus quam biennij tempus excesserit aut excedat. Deinceps autem in omni negotio in quo talis aliquid agitur, & in medio mota causa apud iudicem appellacionis, aut non mota, si aliqui eligantur alii & propterea biennium transiat, intra quod oportet appellacionis iudices item decidere, & per quamlibet circumstantiam rursus revertantur ad iudices appellacionis causa: alii quidem omnibus liceat uti partibus, tamquam si eos non contigisset deferere quidem appellacionis iudicium, ad electos autem venientes non tamen posse vii, quod biennium praecepsit. Nam qui semel iudices alios elegit, non est iustum ut taciturnitatem culpet eis qui propterea iudicis est, quia iis que gesta sunt de electione iudicium excedit: & ideo non est executus, neque complevit item illi, eo quod apud iudices illos sit exercitum negotium.

E P I L O G V S .

Hec igitur in omni negotio seruari apud tuum forum volumus, & in omni alio vbi secundum appellacionis iudicatur schema: quatenus nihil iniuste circa nostros subiectos agatur. Si vero etiam postquam deseruerint electos iudices, biennij transeat tempus: tunc confirmari volumus sententiam secundum constitutiones de hoc factas a nobis, quod etiam deinceps in omnibus futuris secundum hos modos negotii valere volumus alii omnibus que de appellatio certaminibus priscis dicta sunt legibus, & a nobis in legum conscriptis codicibus, in propria virtute mauentibus.

V T SINE PROHIBITIONE M A t r e s debitrices & credirices tutelam gerant minorum, neque iuslurandum presentem quod non vocant ad secunda vota:

T I T . VI.

N O V E L L A C O N S T I T . X C I V .

Imp. Iustinianus Augusti. Iannii gloriissimi. facrum per Orientem praetorium prefecos, iterum excofusum & patricio.

P R A E F A T I O .

Nuper scriptissimam legem super cura minorum, (maliginitates que circa eos sunt ex frequen-

tibus litibus que apud nos agitantur, invenientes,) quatenus nullus obligatus existens minoribus, aut obligatos eos habere se dicens, curam exercet, ut forsan in potestate rerum factus agat alii quid circa minorem malignitatem: & lex ipsa rata nobis sit, & ex praesenti firmata.

C A P . I.

**Q**via vero matribus voluntibus curam habere minorum, & pertinentibus secundum veteres & nostras leges curam subire, obiecta est contra nostram intentionem: volumus in legem hoc dicentes, matrum excipi personas. Primum quidem causam introductam pro minoribus semper prohibere, nunc ineptissimum existimamus: inde nullus tandem constitutionem obiciat matri & aliis, cum illam namque natura amior plus circa filios sine suspitione facias quam plurimum: illis nullam habentibus ad filios favoris necessitatem: rete non est matribus derogandum, id est licentia sit, matribus secundum antiquam observationem abrenuntiantibus & obligantibus suas res, sicut prius schema fuit, & tueri filios, & tales præscriptionem non sursidare: sed ita super his effe, ac si nec ab initio configisset legem in hoc scribis. Quapropter siue dores, siue sponsalitatis largitatem exiguntur, siue alia debita habeant siue matres ad minores, siue minores ad matres, ex paternis forsan occasionibus, aut etiam ex propriis: (multa namque quilibet cogitans, & considerans adinueniet) sint hæc integra virisque, secundum priores constitutiones iudicanda & tractanda, siue legitimorum siue naturalium mater filiorum tutelam gerat.

C A P . II.

**Q**via vero multam habemus formidinem neutrum, & hoc prævaricetur: propterea credimus oportere & hanc emendare legem, que vult matres dum fuorum filiorum cuiam gethre sunt, iuslurandum iurare, quod ad secundas nuptias non venient: & tories scimus prævaricatam legem, & iuslurandum peritum datum, quoties penitatum est: ut peccatum apertissimum esset, quia hoc intulimus iuslurandum ad prævaricandum, non enim eo quod aliquis seruauerit iuslurandum, propterea oportet & eas que exhortante eum, habet occasio ne impietas in Deum. Nam quod raro fit, (sicut etiam vetus sapientia docet) non obseruant legislatores: sed quod si plerisque, & resplicant & medentur. Propterea igitur sanctimus aliam quidem observationem quam in matribus observationem, valere secundum schema & abrenuntiare eis & Velleiano senatusconsulto, & omni auxilio, & omnia agere quo prius decreta sunt iuslurandum vero non praberit, sed sufficere abrenuntiationem solam Velleianam, & aliorum omnium: & de secundis nuptiis nullo iurecurando de hoc dormitorum tamen ut secundas contraxerit nuptias, repente expelli à tuela, & ea agi quia si eam iurare contigisset, perficeret, semel in iudicium mentita, & proponens propriis confessioni & depositioni secundas concupiscentias.

E P I L O G V S .

**Q**uez igitur lex super pietate sit pœna, ut enim non iniurietur in aliquo honor in Deum, hæc à nobis sancta sunt: ut ex nunc valeant, tua celsitudine manifestans faciente hanc legem in provinciis omnibus. Hinc etiam gloriissimo praefecto huius felicissime civitatis, cui hæc cura sunt, de his transmissione legem: ut prouidentia eius, & viri clarissimi praefectoris, cui luuius partis cura est in omni tempore seruari, & ex nunc teneat: quatenus in omni pupillari subfaticia omnis cautela sit circa minorum custodiz, & præcipue ut cum subtilitate descriptiones hanc præsente quoque clarissimo scriba, cui de talibus cura communista est, & alii qui confutet talibus intervenient: subtiliter & fide-

& fiduciis omnibus dandis: & omnibus agendis sicut nostris decernitur legibus, prouidentia clarissimi praefectoris, cui huius partis cura est: proponatque eam ipse in hac regia ciuitate, ut omnibus si manifesta, & nullum latenter que à nobis sancta sunt. De hoc enim legem sicut oportet in prouinciam statuto quidem quasi aliquo ab eo qui à nobis ordinatus est, ut eius implat locum, homine forsan rerum non habente experimentum: illo vero qui in ipsis operibus est, & discedere de prouincia antequam adueniat tempus, & fraudando emolumens qui eum accipere oportet donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum successor accederit in prouinciam, ante duos solūm dies quam prouinciam ille ingrediatur.

E P I L O G V S .

**Q**uez omnia cultiori à sede tuz celsitudinis in perpetuum volumus & mox ut cognoveris adstille eum à prouincia, ex illo transponere emolumens in successorem: alioqui ministrale ea priori, secundum quod à nobis dispositum est, donec in prouinciam successor, veniens semetipsum subiectus ostendat. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram inlinuata sunt legem, tua celsitudi operi efficiue tradere festinet. Dat. Kalen. Nov. CP. Imp. DN. Iustin. PP. A. anno XIII. Appone v. C. Conf.

## DE ADMINISTRATORIBVS.

## T I T . VII.

## N O V E L L A C O N S T I T . X C V .

Imp. Iustin. Augusti. Iannii gloriissimo per Orientem praefectos, iterum excofusum & patricio.

P R A E F A T I O .

**I**am quidem nouimus positum legem volentem. Leos qui in cingulis fuerint, siue ciuitibus, siue militariibus: neque si remouentur ab administratione, discedere inde non posse antequam dies quinquaginta in metropolibus commonetur publicè apparet, & convenire volentibus satisfacientes: vt nec per occasionem hinc euocationis, posint à prouincia discedere: & vel si quid egerint, rursum eos ad prouinciam delinari. Inuenimus autem aliquos sic existentes audaces, vt etiam hac posita lege, antequam discingerentur, præsumerent derelinquerre prouincias & ad hanc felicissimam ciuitatem venire, timore à se gemitum, & ne iusta perserrent horum quæ deliquerunt.

C A P . I.

**S**ancimus igitur nulli penitus licentiam esse cunctumque prouinciarum iudicii, & Orientalium, & ex vitroque, eam relinquerre antequam deponat cingulum: sed etiam poitea (reponamus enim verutatem) quinquaginta communitarii, publicè apparet in prouincia in qua administratur: quicquid monumentorum conficeret, secundum quod advenit prouincia: vt sit palam siue fiduciam habeat in suis actibus, sine etiam non. 1. Si quis autem administrationem administrans aliquam militarem, vel ciuitalem, aut etiam remotus ab ea relinqueret prouinciam: administrans quidem adhuc eam dum relinquit extra nostram iuslusionem, ipse quidem maiestatis reus sit: in prouinciam vero denuo definitus, postquam accusantibus fatus fecerit, tunc maiestatis nouissimas sustinet penas. Si vero deponens cingulum, deinde non moretur, tunc legitimus diebus publicè cunctis semetipsum ostendens, & fugiat de prouincia: quicquid dum a nobis hoc sancta sunt, valere. 2. Illud autem omnibus prædicimus, vt dum aliqui acceptent cingulum, tueantur illud: successores autem eis cinguli factos, solere non ultra terminos mittere quæ vocantur interdicta, neque remouere quidem præsidem, ipsos autem auctoritatem iter agere: aut hic degere: aut aliquas alias prius ira prouincias patriam visuras: & quæcumque fortuitis & blandientibus hominibus consuetu sunt: sed velociter ad administrationem ire cuius regina suscepunt: vt non alij quidem remouentur, alij vero non sint, & prouincia sine judice maneat: sed ante duos solūm dies quam ad prouinciam accedant, in qua qui cingulum habet, est: mittere ad eum amicabilem epistolam voluntem officium definiri ad occisionem eius: & vtque tunc annonas accipere in cingulo existentem, & gubernantem eum: & non ex codicillis cinguli iudicare tempus, neque præceptis tuz sedisile ex-

## DE EX E C V T O R I B V S , ET D E i s qui conueniuntur, &amp; reconueniuntur.

## T I T . VIII.

## N O V E L L A C O N S T I T . X C V I .

Imp. Iustin. Augusti. Iannii gloriissimi facrum per Orientem praefectos, iterum excofusum & patricio.

P R A E F A T I O .

**Q**uoniam calumniam odimus, & omnem tergiuerationem auersamur, propriea huiusmodi adūs egere legitimis medelis existimavimus. Didicimus enim quia quidam non habentes villam obligationem, sed vnam statuentes voluntatem cum iis qui causas exequuntur, conueniunt quodam: deinde libellos dirigunt: & dum damnum perculerint fugientes, deserunt eos, & proficiuntur, inearable eis dantes dispendium: & hoc adhuc amplius in prouinciis committuntur, communione lucrorum ipsi conuenientibus, & causarum executoribus proficiente.

*Dein ius vocando: vel ut affor evocat de convesta lata intra duos menses.*

C A P . I.

**N**isi igitur hæc jugiter committantur: sanctimus non aliter actores libellos dirigere, & damnum occasionem præbere conuentis, antequam cautio nem exponat & in fugientem, & in negotiis executores, quia intra duos menses omnibus modis lites contentionem facient apud iudicem: aut si hoc non egerint, omne damnum euenientis conuento restituunt duplex, non transcendente cauzione triginta & sex aureos.

*De huius qui conueniuntur & re-conueniuntur.*

C A P . II.

**I**llud quoque promereri competentem correlativem decet, adit nos quidam docens, quia in conuentione fecit obligatum sibi apud quendam gloriissimorum nostrorum iudicium: deinde qui factus est in conuentione, tamquam & ipse actorem obligatum habens, cum apud alium traxit iudicem: & aliquid inopinabile fiebat quia enim

verque seorsum auctoris obtinet officium, miserandum quiddam & risibile inde veniebat. mox enim cum volueret aliquis propriam mouere litum: repente es qui ex diuerso conteretur, apud alium iudicem trahebat eum; apud quem ipse sortitus fuerat iudicem: & alterutros protrahentes, immortaliter permanerunt litigantes. ¶ § San- cimus igitur si quis obnoxium arbitratur habere cum qui contra se conuentione expulsi sunt, non apud alium iudicem, sed apud eum non ex principio conuenire: & eundem esse iudicem in vitroque negotio. Si vero forsan displicuerit apud quem lie- fortius ei iudex, sicut ei etiam hoc emendare, vi- ginti enim dierum inducetas dantibus nobis post libelli transmissionem, postquam oportet item contestari, sicut intra predictam suspensionem re- futare quidem illum: alium vero metiri, apud quem iterum similiter viramque exerceri compe- tet item: & eiusmodi artes in nullo heri, sed v- numquaque proprio iure vii. Si itaque tacuerit, deinde postea voluerit causam apud alium iudi- cem mouere: necessitatem eius habere sufficiere terminum eius litiis illatae sibi ab eo qui cum in iudicium traxit: & dum haec lis accepit, tunc eum suam causam apud alium iudicem proponere: ut ita tales coram auferamus artes, & in alterutros columnas.

## E P I L O G U S.

¶ Quid igitur placuerunt nobis, & per hanc sa- cram declarata sunt legem, tua celsitudo operi ef- fectuque tradere festinat. Dat Kal. Nouembr. Con- stantinop. Imperat. DN. Iustinia. PP. A. anno XIII. Ap- pionne viro clarissimo Consule,

**D E AE Q U A L I T A T E D O T I S , E T** propter nuptias donationis: & augmento dotis, ante nuptias donationis: & de privilegio dotis, quia alii, praeponerunt priuilegiis: & vi excipiunt horum privilegiorum credores in emptione militie: & de dote remeante ad patrem, & rursum data pro eadem filia secundo viro: & de dotis collatione, inope marito moriente,

T I T . I X .  
N O V E L L A C O N S T I T . X C V I I .

Imp. Justinian. Augst. Iustini glorijs. Orientium praetoriorum prefectoris etenim exercituli ordinatio, & parvus.

## P R A E F A T I O .

**Q**uoniam plurimas in legibus questiones vi- demus & circa primas nostras natiuitates, (id est nuptias & filiorum procreations) motas, & circouissima, quale est aliquid voluntatum & testa- mentorum: cogitatione facta est nobis super perseverati & agnoscere quid volens nobis antiqua lex super dotis instrumentis, mensuram quidem pa- diionum nuptialium inter alterutros aequaliter esse & masculos & feminas vult, & aequaliter pe- sat eorum qui ad inuicem copulantur: non alij quidem medium forte darunt nuptiarum partem, alteri vero teriam, aut quartam: sed ex medio trahens, aequaliter virinque exigit fieri pastum, aut medianum in vitroque constitutum, aut teriam, aut quartam, aut quantamcumque contrahentes voluerint, hoc autem non multo prius quam huius, ut ipsorum que dantur aequaliter sint mensura: sed alii quidem permisit in milles forsan aut in duobus millibus aureis facere rationem, aut in quantumcumque voluntaria: autem non in tantum, sed in minus: ut aequalitas in verbis solis, & literis puris, sed non in rebus ipsis queratur.

## De exequitione dotis &amp; propter nuptias donationis.

## C A P . I .

**M**oc igitur ante alia uniuersa corrigimus, aequalitas in dotibus esse, & propter nuptias do-

nationibus, & ea quae offeruntur, & ea quae in al- pulationem deducuntur pasto: & tantam quidem quantitatem conscribere virum, quantam & mul- tieremantur, quoque lucrum stipulari: & ex tan- ta parte, ex quanto voluerint, & qualiter tamen men- sura, non enim aliter iustitia & aequalitas serua- bunt ratio, si negotiari eum alterutros circumue- niant: & videatur quidem aqua fæcere stipula- tiones, pro vero autem inqualis natus est, etiam, non prius quantitate datorum eadem confitentur. Irridet videatur vndeque lex, si ille quidem con- scribat duo millia aureos, mulier autem sex mil- lia foris in dote offerat: & stipulerint alterutros quartam conscripient in lucro percipere, proinde illo euenerint lucro, illa quidem nihil aliud lucra- bitur, nisi quingentos aureos ex quartatis autem quingentis & milles ex eadem quarta: & tanquam in exiguae multo videbitur quarta vnius alterius quarta minor, ex suspecta namque vel aequali- tate, quanta inqualitas ex hoc ipso procedit. Quod igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum habentur, quod enim factum est, infectum manere impossibile est. De cetero autem, in omni datione sancimus aquas quidem esse oblationes ipsorum autem mediorum lucra pacis: ut per omnia iustitiam aequalitatem honorem. Si enim aliquis amplius alio diu- es, licet ei per alium modum, legitimum tamen & agnitos nostris legibus, elementum præberet alijs: non in aequalitatem redigere, ad aequali- tam: lucrum maius alteri acquirere, & hinc quidem de hœc lex ita quodammodo habeat, suam iusti- tiam uniuersis ostendens.

## De augmento dotis &amp; donationis propter nuptias.

## C A P . I I .

**A**llud quoque quod circa nuptiales oblationes fit, insipimus atque consideravimus idemcum autem de augmento. Quia enim & ab ante nos le- gillatoribus, & à nobisipso, de augmentis dictum est: plurima autem à nobis, & non facile numeranda, etiam in his super antiquitate philologata sunt adiumentas ab aliquibus circumscriptiones permentes, & puram iustitiam seruari volentes, etiam illud corrigimus. Privilegium enim dedi- mus dotibus, ut contra antiquiores hypothecas habeant honorabilita: iura, ut pote dum contrahentes cum viris eorum credant substantias, & non mulierum: & quod forte tunc neque competebant iis qui prius contraxerunt. Dedimus autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitus) & aug- menta facere permissentes & viro & mulieri, siue ambo voluerint, siue etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne aliqua sit circumscriptio: sine augere voluerit do- tem, aut propter nuptias donationem, non licet alij quidem facere, alij autem in prioribus man- resed utriusque celebrare omnino augmentum: non in electione, sicut prius, sed in necessitate causa: omnino tamen quantitate aequali- qualibet quod etiam notis patris dicit constitutio. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum, & maximè in parte mul- tieris, & ne viri credores circumscribat, priuile- gio viens: siquidem habuerit virerque immobiles res, mellus est in immobilebus fieri oblationem: quatenus sit palam & indubiatum quod quidem ab initio sit, quod autem postea additum est. Si autem non virinque immobiles res fuerint mul- tierem omnino per immobiles res celebrare augmentum, ut & dos & augmentatione similiter habeat aduersus antiquiores credores priuilegium vndeque indubitate augmento existente: vir autem etiam in rebus mobilibus faciat augmentum, nulla enim hinc orietur lex. Si autem mulier in- mobilibus habens rerum substantiam, in rebus mobilibus scribat augmentum: sciat priuilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in quo-

in figura existente augmento. Quod enim ab ini- tio factum est, in toto fine suspcionem est, quod autem postea machinatur: ut contra credores, & hoc ipso intradictum & editationem: & hæc homines ex dato a nobis dotibus priuilegii osnulo voluntus no- do. Si vero non faciet neque cum contra viras vilius, neque iusquæ contra credores circumventionem: tunc & vero autem inqualis natus est, etiam, non prius quantitate datorum eadem confitentur. Irrebit videatur vndeque lex, si ille quidem con- scribat duo millia aureos, mulier autem sex mil- lia foris in dote offerat: & stipulerint alterutros quartam conscripient in lucro percipere, proinde illo euenerint lucro, illa quidem nihil aliud lucra- bitur, nisi quingentos aureos ex quartatis autem quingentis & milles ex eadem quarta: & tanquam in exiguae multo videbitur quarta vnius alterius quarta minor, ex suspecta namque vel aequali- tate, quanta inqualitas ex hoc ipso procedit. Quod enim erit invenitum, si prius, vero obligatio nulli existente, & præterea augmentis sine tergiversatione facta?

De priuilegio dotis, & creditorum ex causa mili- tia empte.

## C A P . III .

**H**is consequens est & illud deceperit, quod in causa huiusmodi dubitatum est. Novimus & an- tiquioribus creditoribus aquas hypothecas prepo- nere iuniores existentes, ex priuilegiis à legibus da- tis: quale est quando aliquis propriis pecuniis pro- rauerae naem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan adificare, aut etiam enim agru- ar aliquid horum, in his enim omnibus priores existunt posteriores creditors quorum pecunis em- pia aut renovata res est, iis qui etiam multo anti- quiores sunt. Quæcum est igitur si mulier præten- dens priuilegium super antiqua dote, & augmentum, in quo etiam hoc seruari priuilegium, (sic ut predictum est) prioribus voluerit præponi creditori- bus, veniat autem & alter creditor posterior quidem, prætendens autem pecunis sua emptias aut reparatae naem, aut dominum, aut agrum, aut compere- re ēum in his rebus quæ eius pecunis emptæ aut re- paratae sunt, habens predictum priuilegium: virtus opereat dote etiam talibus præponi: in aliis quidem prævalere creditoribus, quicunque non talia prætendunt: his autem cedet, quoniam ex eorum substantia res acquista est. Plurimum igitur super hæc cogitantes, non invenimus mulierem inste ex- citemem cedere alijcuius talij priuilegio. Videbamus eni- m (qua cause absurditas est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit quæstus, & viuunt ex hoc quæstū, aduersantibus autem, & quia semetipsa sive substantiam ad vi- rum introducunt, non solum nullus sit quæstus à vi- rum malè degentibus, sed etiam minuantur, & spe- cis nulla sit. Volumus igitur secundum hoc, ut si quis domum renovasset, aut etiam agrum emis- set, non posset talia priuilegia mulieribus opponere, in- firmitatem, namque mulieris nature satius novi- mus: & quia sic la: circumvenerunt sunt aduersus eas, minui autem eis dote, nullo sinimus modo, suffici enim quidem à lucris caduca, si priora antenu- pitalis donationis inveniantur, & sufficiens quoddam exter eis damnum: non etiam eas volumus & circumspicere dote periculum sustinere.

Ut excipiantur hoc priuilegio credores in em- ptione militie.

## C A P . I I I .

**I**llud quoque sancire necessarium existimauimus, in plurimis videlicet & innumeris rebus quæ- sumis, oblitus enim pater dote, aut forte mater pro- filia sua, haec autem illa oblitus marito: & defun- ctus est vir inops, deinde pater & matre mortuis ex- gitur quia nupsit, conferre suam dote, aut mi- nus tanto accipere. Si quidem vir idoneus est causa vobisque absoluta est. Si vero nullius alterius domi- na consit illa, nisi adiutorum qua contra mar- tum sunt, at illæ minus idonea sunt: & obiecta- tur mulieri: quod iam data sit dote, pro ea: illa vero adiutorum conferat: nullum habentem penitus effectum legis: causa nobis digna putata est. Et noui- mus quidem in plurimis iudicis durum postea- sic iudicatam, & mulierem coactam conferre dote.

## C A P . V I .

**I**llud quoque sancire necessarium existimauimus, in plurimis videlicet & innumeris rebus quæ- sumis, oblitus enim pater dote, aut forte mater pro- filia sua, haec autem illa oblitus marito: & defun- ctus est vir inops, deinde pater & matre mortuis ex- gitur quia nupsit, conferre suam dote, aut mi- nus tanto accipere. Si quidem vir idoneus est causa vobisque absoluta est. Si vero nullius alterius domi- na consit illa, nisi adiutorum qua contra mar- tum sunt, at illæ minus idonea sunt: & obiecta- tur mulieri: quod iam data sit dote, pro ea: illa vero adiutorum conferat: nullum habentem penitus effectum legis: causa nobis digna putata est. Et noui- mus quidem in plurimis iudicis durum postea-



ne facies ab breviis in quibusdam calibus pecuniae non numeratae querelas: quas licet ex iis quae à nobis ià sancta sumi colligere. Quia enim omne tempus matrimonij datur viris donec matrimonij consummari, queri de non data dote interpositio quoq; maiori tanta est etiam post mortem virorum, ut & post repudium intra annum datur querela: id existimamus brevi & compendiosa lege velociam facere & pecunie non numeratae super dote querelam, & liberare à probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

*Dote non numerata.*

C A P. I.

**S** ergo annis duobus solummodo habeat aliquis vxorem, aut etiam his temporibus minus, & non recipiat dote nihil ex taciturnitate vir ledatur: neque heredes viri, licet tacuerit ille: sed intra annum alium querela mouetur, brevis enim matrimonij ad hanc nos legislationem voca. Si vero maius biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protulatur, datus marito queri, & dicere non illa sibi dorem aut in partem, ante in solidum: & si hoc fecerit, transmittere querelam, semel marito querente, & muliere qui dedit non probante. ¶ Si autem neque infra decennium queratur, taciturnitate marii usus, non querela: neque ei post decennium hoc agere sicut: nec annum dantes vicerius hereditibus eius. Siquis in hoc non nostra aduersus aliquos peccata, sed libertatis subiectorum diligentia, ubi enim licet in prolixi si tempore (decimis) dicimus) proponeat querelam: si tacere elegit, palam est voluisse, vel si non accepit dorem, omnino eum, aut suos redere herede, his valentibus & si repudio solui contingat, natriumque in nullo differenteribus nobis, sive mulier unquam dorem offerens conscribat, siue pater, sive alter quispiam pro ea: tempore in omni casu tali, sicuti predecimus, extende suos effectus, & dante vel peritente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solum: (sepe enim indignationis, aut alterius incidentis occasione, ita quod dom virum preparat dicere, aut etiam illi quidem dixit nihil, testes autem redempti hoc incutuntur) sed oportet contestationem in literis esse. Si autem etiam in iudicio tam aliquis forte facere voluerit, oportet omnino innotescere mulieri, aut ei qui dote omnino offerre conscripsit, nam nihil est quod prohibeat maritum in semper hoc agere, & queri, & quasi parum quidem mulieris quod agitur, ignorare: prouidentiam vero si etiam ponere nullo valere modo, & quia vel ab eo querela facta sit, nescire.

C A P. II.

**G**eneraliter igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluo sive morte, sive repudio, & ipsi marito de non numerata pecunia licere queri, & heredi eius infra alium annum. Si vero ultra biennium sive ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam, & heredi eius intra menses tres. Si vero transcurrit decennium: tunc neque marito, neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiens mulieri. Et si quidem intra statum maritus sit, & non queratur: tandem ad integrum restituendum ei datus tempus, ut non transcedat duodecim annos à tempore nuptiarum. Nouimus enim eos qui velut mente citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedentes, qua de re transiit quintum & viceannum: & erit possibile intra vicecumum septimum annum queri de non numerata pecunia dote: moriente quoque eo intra predictum tempus, heredes habere annum ad querelam. ¶ Si autem minores sint non querentes heredes, sive maiori sive minoris: quinquennium habeant solummo-

do ad mouendā querelā non numerata pecuniae fassione tēpore, & non expēctante exitum omniiū m-

onum: quod nos ad presentem legem mouuit. muliere namque contundā queri & decimmo anno post vicecumum annum mortis patris, & butens minori statu, mouebat quidem contra ma-

triam non numerata pecuniae obiciens: actionem post quartum & vicecumum nuptiarum annum, quod nos indicantes curavimus: & propter has circumstan-

cias, & statutum minorum in quinquennium in pra-

fenti decennium lege: illo videlicet non numerata pecuniae obiciens, qui scriptus fuerit dote

sufficiens, & secundum sua tempora, sive pessime statu, sive minoris causa iudicanda. Valente haec lege super illi que postea fuit: sunt nuptiis super iis enim que condant, si quidem residuum est decen-

nium, aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam post transmis-

siōne habebat. Si vero aut minus ei biennio reliquum est tempus, auctoriam excludit totum decennium tem-

pus: tunc ipsi quidem biennium datus ad querelam non numerata pecuniae: eorum autem heredi-

bus & post solutione n. matrimonij intra tres menses

per omnia eis iustitiam feruimus.

E P I L O G V S.

**S**ed & si quis consanguineus curialis existens vel alter ab eadem conditio liber ad successionē curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius qui non scripsit testamentum, voluerit autem & ille seipsum dari curia, licet ipsi hoc agere, & suam voluntatem in actis iudicaz intra menses sex: & pariter curiale, cum suis successoribus atque substantia pariter fieri heredem, nihilominus ex eadem substantia expectando occasione quartæ portionis seu novem viuciarum: semel eo qui successerit in hereditatem aut curiali existente aut inox exituro & re ad substantia rursum ad curiam veniente. Sed & si quis donauerit res propriæ facultatis, aut multas aut omnino non minus novem viuciarum vel curiali eiusdem civitatis existenti vel alio: videlicet, tamen se & propriam substantiam atque problem sive que est sive que erit, & residuum successionem curiae cuius est qui donationem fecit, sancimus valere factam sub hac conditione largitatem: omnimodo enim nobis studiū d'gnū in videre, ut nullus modo substantia curialium alienetur à curia illius civitatis cuius sunt curiales.

253  
cum vel eos qui se dederint curia, tuis autem vincias residuos qui ex lege vocantur, accipere heredes. Studiū enim nobis est omnimodo novem vincias ad curiales eiusdem civitatis peruenire.

C A P. II.

**S**ed & si quis consanguineus curialis existens vel alter ab eadem conditio liber ad successionē curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius qui non scripsit testamentum, voluerit autem & ille seipsum dari curia, licet ipsi hoc agere, & suam voluntatem in actis iudicaz intra menses sex: & pariter curiale, cum suis successoribus atque substantia pariter fieri heredem, nihilominus ex eadem substantia expectando occasione quartæ portionis seu novem viuciarum: semel eo qui successerit in hereditatem aut curiali existente aut inox exituro & re ad substantia rursum ad curiam veniente. Sed & si quis donauerit res propriæ facultatis, aut multas aut omnino non minus novem viuciarum vel curiali eiusdem civitatis existenti vel alio: videlicet, tamen se & propriam substantiam atque problem sive que est sive que erit, & residuum successionem curiae cuius est qui donationem fecit, sancimus valere factam sub hac conditione largitatem: omnimodo enim nobis studiū d'gnū in videre, ut nullus modo substantia curialium alienetur à curia illius civitatis cuius sunt curiales.

C A P. III.

**V**T autem non ad collusionem hoc fieri videantur, & quidam dominii effecti hereditatum curialium aut per donationes, aut per testamentum (secundum quod predictum) aut ab intestato deferantur, & properat hanc oblationem & rebus quidem frui velint, oblatum autem suum non faciant. Sanctius si quidem per donationem hoc quod predictum est declarerit, non prius traditionem fieri serum, sed hoc manere apud donatorem, donec is qui donatione accepit, inter dicta confecta apud iudicem prouincia gratis & circa omnem datio- nū secundum predictum modum datus fuerit curia & mox conscriptus albo, tunc enim etiam res ei dari volumus. Quid si donator tradiderit res, & neclam confessione facta, quae accipientem locet curia, etiam sic defendi quod donata sunt curiae ad quaeque viri supererit, habeat easrum viuum, explesa in eis curiae functiones, & si quidem ad secundas venerit nuptias, & filiorum fuerit effectus pater masculorum seu seminarum, & has coniuxerit curialibus, rursum similiter curiae servabunt corpori. Quid si mortuus fuerit aut ad secundas nuptias non venerit, aut filias non procreans eas non sociaverit curialibus vel quid sunt vel qui fuerint, tunc recto ordine curia has res accipiet, neque enim inquam hanc partem curialium copiarum & functionum alienari concedimus vel si ad plurimos redactum fuerit genus successionis, quatenus per omnes hac linea descendentes, sive per masculos liberos curialium, sive per generos dantes se curiis, novem vincia curiae salutem. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, & in causis adhuc etiam nunc pendentibus, & quae consecutus non sunt judiciali sententia aut amicabilis ineruentu absolutiōnem.

E P I L O G V S.

**¶** Quis igitur visa nobis sunt, & hac sacra lege declarata, tua excellētia custodiē felinet, maxime omnium utilitatis publicæ prouidentiam omnem faciens. Dat. Kal. April. CP.DN.Iustinia.PP. Aug. Arione V.C.Coff.

DE MODERATORE ARABIAE.

TIT. III.

NOVELLA CONSTIT. CII.

Imp. Iustinianus August. Iann. gloriiss. p. Crim. p.

præf. et consil. istum ex consili.

ordinatio. panis.

P R A E F A T I O.

Cum plerosque alios prouinciarum magistratus,

ad meliorem iam formam traduximus, qui

curiales, ita & ipsi cum propria prole curia vnit, & alio & corpori. Neque enim quicquam differt, aut eum qui est curialis eiusdem civitatis scribere heredem, aut eum qui mox erit.

C A P. I.

**S**ed & si quis consanguineus curialis existens vel alter ab eadem conditio liber ad successionē curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius qui non scripsit testamentum, voluerit autem & ille seipsum dari curia, licet ipsi hoc agere, & suam voluntatem in actis iudicaz intra menses sex: & pariter curiale, cum suis successoribus atque substantia pariter fieri heredem, nihilominus ex eadem substantia expectando occasione quartæ portionis seu novem viuciarum: semel eo qui successerit in hereditatem aut curiali existente aut inox exituro & re ad substantia rursum ad curiam veniente. Sed & si quis donauerit res propriæ facultatis, aut multas aut omnino non minus novem viuciarum vel curiali eiusdem civitatis existenti vel alio: videlicet, tamen se & propriam substantiam atque problem sive que est sive que erit, & residuum successionem curiae cuius est qui donationem fecit, sancimus valere factam sub hac conditione largitatem: omnimodo enim nobis studiū d'gnū in videre, ut nullus modo substantia curialium alienetur à curia illius civitatis cuius sunt curiales.

C A P. II.

**V**T autem non ad collusionem hoc fieri videantur, & quidam curialibus eiusdem civitatis, aut qui seipsum dari curia, licet in dominio suis, & ipsi quibusdam nuptiis fuerint aut curialibus eiusdem civitatis, aut qui seipsum dederint curia eiusdem civitatis, similiter & ipsa eas habebunt sine villa, molesta, subiecta curiae functionibus per proprios viros. Quid si non nuptiis fuerint curialibus aut qui sunt aut fuerint, tunc secundum datam olim divisionem, nuptiis quidem curialibus novem vincia habebunt, properat quae functiones curiae compleantur, residuis autem sufficiente tres vincia. Quid si neque masculi neque feminis eis erunt: quousque vir supererit, habeat easrum viuum, explesa in eis curiae functiones, & si quidem ad secundas venerit nuptias, & filiorum fuerit effectus pater masculorum seu seminarum, & has coniuxerit curialibus, rursum similiter curiae servabunt corpori. Quid si mortuus fuerit aut ad secundas nuptias non venerit, aut filias non procreans eas non sociaverit curialibus vel qui sunt vel qui fuerint, tunc recto ordine curia has res accipiet, neque enim inquam hanc partem curialium copiarum & functionum alienari concedimus vel si ad plurimos redactum fuerit genus successionis, quatenus per omnes hac linea descendentes, sive per masculos liberos curialium, sive per generos dantes se curiis, novem vincia curiae salutem. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, & in causis adhuc etiam nunc pendentibus, & quae consecutus non sunt judiciali sententia aut amicabilis ineruentu absolutiōnem.

E P I L O G V S.

**¶** Quis igitur visa nobis sunt, & hac sacra lege declarata, tua excellētia custodiē felinet, maxime omnium utilitatis publicæ prouidentiam omnem faciens. Dat. Kal. April. CP.DN.Iustinia.PP. Aug. Arione V.C.Coff.

humiles abieciique prius existentes, neque ulli rei conuenienter agenda idonei, pokquam in ampliorum constitutius ordinem, & valentiores per omnia facti sunt, & ita rerum administrationem capessere cooperari, vt vniuersa in melius committantur: tum vero à nobis etiam proconsules & praetores, & moderatores, & veterum horum nominum amplitudo inuecta est, autemque ipsi annoꝝ, & summa potestas data, & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant subditis, & multis ad ipsos diripiendos vtiuantur maibus, iumentis quoque rem minuimus omnium horrendissimis: neque aliter eis officia tradimus, quam præstis iuramentis, ita codicillis magistratus digni sunt habiti. Concurrit igitur & ad Arabum regione oculos, & requista cauſa quam obrem & publicum laborei inopia, quamquam regio florenſis sit, & tam magnus non interpellantium numerus in locis excedat, & omnes lamentantur, alijs fortia & rapinas, alijs iniurias, alijs aliam dannam in querelam deferentes: occasionem & causam huius mali ex imbecillitate & impotentiæ eorum qui magistratum ibi gerunt, prouenire deprehendimus. Erat enim ita tenui potestate praeditus is qui ciuii magistratu defungebatur, vt ei qui praedicti armis, feruili propemodum more manciparetur, & in illius arbitrio huius salus esset posita, aut ut non esset quidem omnino hic magistratus. Inde adeo & longum tempus est, ex quo is deserit, & militaris ea qua ciuilem magistratum concorditer peragat. Cum tamen ne pte sibi neque iſſi per omnia sufficiat. In hie enim est, non reuolutum aliquam subditis adserit, sed ut si quisque lacuſt cpiat.

## C A P. I.

**H**ABE nos ad ſuſcipiendum praefens consilium excitarunt: & praefenti vientes lege, magistratum ad pulchriorem formam tranponimus, beneſignaque & ipſi Moderatoris appellationem largimur. (Id quod etiam in Ponto fecimus) & spectabilium magistratum ius concedimus, vt in nullo ſit Duciane inferior. Sed & publicis exactionibus cum summa vehementia, adhuc refecto etiam priuatorum utilitat, neque committito, vt vel spectabilis dux, vel tribunus, vel aliqua potentiorum domum, vel etiam ſacrum patrimonium, vel ſacre noſtre res priuatae, vel ipſa ſacra noſtra domus, qualecumque subditis noſtri danno irroget: neque facile ſuccumbito, neque formidinem contrahit, ſed viriliter subditis praedito, & ante omnia Deo pariter ac nobis, & legi puras conuertere manus, ſiquidem iſſiēti iuramenti & hunc ſubmitti i volumen, quibus & ceteros magistratus ſubmifimus. Deinde cum eradiciliis percipit etiam imperialia mandata: quæ tam ante nos legumtatores, quam vetus illa reipublice forma nouit, & nos cum penè obſoleſſent, denovo parauitur, & in reipublicam reduximus: vt ea ſemper adhibeat veluti in colloquio: & iuſſiones noſtras culto- diat. Nam ſi illas ſane ſequutur: non eſt cauſa quonobrem non omnia illi praedare & ex ani- mi ſentientiam occurrit, & legum beneficio ad ſumman ipſe in rebus gerendis facilitatem & ju- ſtam facultatem perueniat.

## C A P. I I.

**P**rincipio ſigilum (vt diximus) ſtudio ſit illi pu- blicorum tributorum exaction, deuotis quidem humano paternoque ſe affectu exhibens, indeutis vero vehementer & ſeruum. Deinde curam geret etiam reipublice, & vt recte in ea atque ordine omnia ſint, neve tumultibus & ne ſeditionibus dediti ſint vel Bolteni, vel aliis: & quæ à vetuslate permitta ſunt ad delectationem ea conuentant in ſuore & cedes. Habebit item ſecundum manda- ta noſtra dicto ſuo audientes milites (ſi quide in &

hoc inde libabit defumere) neque villam omnino rem negleti quæ coiuonitatem aliquam infe habeat. Quemadmodum enim in Ponto cum Moderatore egimus, ita & Ipſu per eadem eius magistratus veltigia ingredi facimus. Eritque & ipſe ſpectabilis & confinimenter cum alia multa, tum ex ea que appellations concernunt, adminiſtrabit. Sed neque admodum prioris dumatas ſolatijs refiſtemus. Volumus enim, vt ipſe quidem per cauſam annonarū & reliqui ſolatijs percipiat quindecim auri libras, adfert vero eius magistratus duas libras, & cohortes eius nouem aurum libras habent. Et quanquam (vt diximus) ex imperialibus mandatis iam etiam militibus prædictis: ex tamen vobis cura, vt nonnullos illi ſtatua agentes militares numeros & ei ſubdamus qui in hoc magistratum gerit: vt illi ſoli obediant, etiūque formulis ac preſcriptis cedant & obtemperent. Non igitur communionem omnino habebit aliquem ſpectabilis. Dux neque cum militibus, quos exprefſi huic aliſignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum libibus, quas inter ſe habent, neque ſi paganorum aliquis in ius producatur. Nulla denique habeat cum paganicis cauſis commerciū: quandoquidem magnum in medio interuallum eſt inter ciuilem & militarem administrationem: diſcernuntque ea inter ſe, quemadmodum patres nostri in reipublica illa ordinariunt & instituerunt, ſeturo ſpectabilis duce, quod ſi rebus ſe ciuibus immittere auſtineque militaria retinebunt, ſed & illis ſpoliatus priuatum agerent, & huius magistratus Imperio ſubditus erit.

## C A P. I I I.

**A**TQUE hæc item de magistratu regionis Arabica ſane ſinto. Perſuimus enim habemus voluntate Dei, quod ea res ad melius profectura ſit. Ex quo enim neque pecunias pepercimus, & annonas illi auximus: inde aedo certe ſcimus, quod & qui hunc magistratum gerit, talē ſe circa verē publicorum tributorum exactiones prebeſt, ut non damnum exinde, ſed iulfum lucrum ſiſco adducat. Illud ſane fieri obincirque volumus, vt ſpectabilis dux inde annonas suas percipiat, vnde provincie praes inſerit, cum maniſtentum ſit, non cum tanta cum ignauis his rebus admoturum animum, vt ſuas ipſe annonas exigere nequeat: ſcimus, quod ſi quid hæc contra fererit, quindecim librarum auri prena multabitur. Datum v. Kalend. Jun. Constantiopol. D.N. Biliſ. V. C. Conf.

DE PROCONSULE PALAESTINAB.  
TIT. IIII.  
NOVELLA CONSTIT. C III.  
Scripta LXXXI. ſcriberunt per Orientem prædictum prefelleſt, ſterum exconfalit orationis  
& parvo.

## PRAEFATIO.

**I**AM quidem & alios gentium praefidatus maiores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortius agendum impotentes: tam inter ſpectabilis ipſos constitutius, quam etiam annonas ipſis, adfertibufque, & cohorti auximus: & inter alia omnia, quæ benigne illis elargiti ſumus, vt item de appellationibus cognoscetis, praebimus: alioſque honore preconfulum exornauimus, alios (vt appellanti) comitum, alios prætorum, alios denique moderatorum: & ſemper præclaro aliquo adiuueniendo, nouum veluti ſtrenu noſtre addimus reipublice. Venit autem nobis in metropolitana & metropolis Cæſarea, qui in prima Palæſtina principatum tenet, quam præ ceteris maiore etiam honore perfrui oportebat: propriea quod & quondam proconfuli ipſam tenet, & praefetus talis magistratus ſunt, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem

ad minorem tranſierit: nimisq[ue] cum vni prius tota Palæſtina effe, ea deinde in tres diuina partes, & neque proconsulatum retinet, ſed ad magistratum hunc (vt appellant) ordinariū delata. Quamquam ſane & vetus vrbis ſit, & ſemper ampli non minus fuerit, tam cum Strato primus eam in formam vrbis rediget, qui rotatis ſedibus excedens Græcia huius conditor extitit: quam cum diu memorie Vespasianus celebratissimus ille Imperator, qui p[ro]p[ter]a memor Titi pater fuit, quod illi ad ſummam gloriam vel ſolum potius ſufficeret, ſp[irit]um Cæſarum appellatione, eam nominavit, eam antea Stratoni turris vocareret: hoc illi honore impenso, ex quod in ea poſt ludaicas vitorias inter Imperatores adſcripsit.

## C A P. I I I.

